

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali

Hufeland, Gottlieb

Jenae, 1799

VD18 12256064

§. 21. β) Conditionatam et restrictam.

urn:nbn:de:gbv:45:1-8845

mentorum sive etiam literarum avisatoriarum et ipsorum instrumentorum etc.

§. 21.

B) Conditionatam et restrictam.

Nondum vero confectum est negotium pura et absoluta ista acceptationis denegatione. Fieri potest a trassato acceptatio conditionalis et restricta, de qua ex professo exposuit BREVNINGIUS supra (pag. 2.) citatus, multa tamen eandem circa obvenientia illibata relinquens, quae iterum uberrime recensuit summus hac in re SIEVEKINGIUS.*). Cum enim, ut acceptatio omnibus numeris absoluta sit, multa desiderentur; omissa una vel altera parte, cambii dominus facile jura quaedam perdere vel de iisdem periclitari potest, ita ut ad regressum erga trassantem sive alium statim vel in casum damni obvenientis fundandum et circumstantias ad eundem necessarias probandas protestatione uti debeat. Acceptationem incompletam habes, 1) si non acceptet trassatus, nisi sub conditione vel formula a cambii literis quoad tempus solutionis, vel summam, vel pecuniae species, vel etiam quoad locum solutioni praefixum aberrante, 2) si in ipsis cambii literis summae, quam plerumque bis, alteram verbis, alteram notis numeralibus, exprinunt, mentio diversa per errorrem facta sit, et trassatus non nisi minorem acceptet; 3) si cambium ad plures trassatos, societatis negotiatoriae vinculo non juctos, directum est, ex iisque quidam tantum acceptationem recusent; 4) si cambio, in quo solutio pecuniae certo dierum spatio a visis literis numerandarum alligatur, trassatus diem acceptationis adjicere nolit; ut alias hic taceam acceptationis limitationes.

§. 22.

* Materialien. §. 128, lqq.



§. 22.

Potest in omnibus istis casibus (§. 21.) enumeratis jacturam quandam facere cambii dominus. Hanc vero si a se avertere velit, non contra istum ipsum, e cuius facto jactura haec nascatur, sed contra tertium quendam actionem intendat necesse est. Nulla vero hujus obligatio existit nec a magistratu ipso imponenda est; nisi factum a cambii possessore postulatum ab altero denegatum sit, istaque denegatio magistratui probetur. Quae vero probatio omnis cum de processu cambiali hic agatur, nisi per protestationem cambialem, secundum ea, quae supra exposta sunt, fieri nequit. Potest quidem is, cui dispositio libera circa cambium competit, in acceptatione conditio-
nali vel restricta acquiescere, vel saltem de residuo pro-
testari; sed nullo modo ad hanc accipiendam et protesta-
tionem omittendam obligatus haberi potest. Protesta-
tione enim etiam in tali casu omissa omnem regressum
perdere potest, *) uti ex postea dicendis patebit.

§. 23.

γ) Num litterae cambiales ad emporium non directae propter acceptationem dene-
gatam protestatione indigeant?

Hactenus ea exposuimus, quae dubitationi quidem inter jurisperitos non admodum sunt exposita, sed ad generaliora praecepta a nobis revocata paullo clarius quam antea elucebunt. Restant vero alii, qui circa ac-
ceptationem incident, casus, de quibus maxime inter
viros doctos ambigitur. Non quidem haec omnia pro

C 3

ra-

*) cf. Oestreich. Wechselparent art. 25. in UHL. cont. III. pag. 13.
Allg. preuss. Landrecht. §. 1011 - 1014.

